



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Laurentius M. 10. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

S.LAURENTIUS M.

10. Augusti.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodite eam. Joh. cap. 12.

Ducebatur ad mortem Sixtus Pont. Max. & ecce LAURENTIUS expostulare cum hoc cœpit, non quod ad præmia iret, sed quod sine filio iret. Enim verò qui ad aram socius fuerit, ad crucem se futurum. Ad hæc Sixtus: suum esse præire, Ministri sequi; suum, hæredem vitæ relinquere, cuius si fuisset, propediem etiam mortis futurum, thesauros interim Ecclesiæ Tyranni manibus subduceret. His lætior LAURENTIUS confessim opes omnes sacras in pauperum sinus abdit, hi cœlo condunt. Valerianum deinde hiantem & inhiantem ad templum ducit, & pauperum longo ordine de ponte gregem monstrans, hi, inquit, thesauri, quos orbis habet, sunt maximi; quin tu hos ambis avarus, hos foves, & si lapis, his tuum etiam jungis ærarium. Hic imperator virgas, flagra,

G 2 ignes

ignes inclamare, & hæc omnia continuò LAURENTIO carnifices admovere, ut jam abeuntem animam DEO MARTYR commendaret. Sed è Cœlitibus adfuit, qui sudorem Athlethæ & sanguinem linteo abstegret. Tyrannus interim os LAURENTII saxis, hic verò aures Tyranni verbis liberrimis pulsavit. Ad extremum craticulæ super injetus, & lenito igne tostus, non tamen insultare Valeriano destitit, sed subinde arridens illi, *verte*, exclamavit, & *manduca*. At cœli, quos jam duduod or nobilissimi convivii exciverat, ad se tam nobile ferculū rapuerunt, & convivas, si modo placet, etiam nos habere peroptant. *Ex Lipp & Baron.*

M E D I T A T I O.

De S. Laurentio.

1. **S.** Laurentii pectus sic amore divino astuabat, ut corpus ejus (ait S. Aug.) subiectas flammæ non sentiret. Quisquis ex animo Deum amat, is corpus, delicias, & vitam odit, adeò, ut continuò cupiat dissolvi. Si ita est amantissime Deus! quam primum te amo! quam male utor tempore vita mea? *Nam perdit quod vivit qui te non diligit.* Aug.

2. Mira proorsus est ejus patientia: non enim expectat sed querit tormenta & ut currum triumphalem sic feralē craticulā ascendit: imò ut acerbius esset sup-

pliciū

liā pa-

lius il-

tē pu-

eterni-

3.

quod

dore

levati

ipsig

pati,

mane

ciis c

subin

tepon

S.

N

G

Z

I

n

plicium, urget carnifices, ut versent ipsius corpus in alii partē. Si amaveris plus æquo corpus tuum, si mollius illud curaveris, te manent ignes inferni, vel certe purgatorii: *Quis nolit ad horam uri Laurentii igne, us eternum gehenna non patiaris incendium.* Aug.

3. S. Laurentius cœlos aspicit & agit gratias Deo, quod holocaustum suum admittere dignatus sit in odorem suavitatis. Hæc duo imitare in afflictionibus, levatis oculis pete à Deo constantem patientiam, tum ipsi gratias age quod dignus habearis pro ipso aliquid pati, & quod te flagellet, ut coronet. O Corporis mancipium! Deo gratias agis, dum concessis deliciis corpus tuum curat, & de Deo quereris? quando subinde afflictionibus curat animam tuam. Num anteponenda est cura animæ curæ corporis?

S. ALEXANDER EPISCOPVS.

11. Augusti

Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo Joh. Epist. 1.2.

In uno vultu & Philosophum & Carbonarium & Episcopum & Christi martyrem agnosce. Poterat equidem ALEXANDER in-

G 3

ter